

licet ex infirmitate & corruptione nature, ex elevatione objecti & actus supernaturalis supra potentias anime, & ex generali subordinatione ad primum motorem. Homo (inquit) auxilio Dei movetur indiget in statu nature integre, quantum ad naturam; scilicet ad operandum, & volendum bonum supernaturalis; sed in statu nature corrupta, quantum ad naturam scilicet ut sumatur, & necesse est ut bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritum. Uterius autem in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum. Et in respon. ad 1. dicit quod motus hominis, etiam facti, non ipse habet dominium sui actus, quin indigeat moveri a Deo. Et art. precedenti in corp. Quamvis autem (inquit) natura aliqua corporalis vel spiritalis possit perfectam, non potest in seipsum gradum, nisi movetur a Deo. Quibus locis aperte docet S. Doctor, hominem in utroque statu integritatis & innocentie indigere auxilio Dei movens ad operandum & volendum bonum supernaturalis; Sed tale auxilium, ut factum est Adversarii, efficacius est; & predestinans voluntatem ergo juxta principia S. Thomae, homo in utroque statu indiget auxilio efficaci & predestinante, & ita precipuum illorum fundamentum corruit.

144 Confirmatur primo: D. Thomas ibidem docet necessitatem gratie movens, in utroque statu nature, integra & corrupta; per ex generali subordinatione ad primum motorem, ut enim Uterius autem in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum. Et art. 9. sequent: Homo (inquit) indiget auxilio gratie ut a Deo moveatur ad bene agendum, & hoc propter duo. Primo quidem ratione generali, propter hoc quod, sicut supra dictum est, nulla rei creatura potest in quocumque alium procedere, nisi virtute motus divine. Secundo ratione speciali, propter conditionem status humani nature, quae quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem &c. Sed hoc fundamentum expresse negat Janfenius Tomo 3. lib. 8. c. 2. ubi fit de Thomistis loquitur. Ab illis physica predestinatio sanatur omnibus agentibus, ex vi causa secunda, quae essentialiter, tam in operari, quam in esse suo, subordinetur prima: a qua ad agendum promovetur debet, Christi adjuviorum nequaquam, sed lapsa voluntati propter solum voluntatem quod est infectio peccati voluntatis auctoris, necessarium est. Ergo doctrina Janfenii directe pugnat cum doctrina D. Thomae.

145 Confirmatur secundo argumento ad hominem, desumpto ex principis ab Antonio Aru. Ido Doctore Sorbonico, in opusculo quod inscribitur Vera Sancti Thomae de gratia sufficienti & efficaci doctrina, statuta. Nam ibidem docet & multipliciter probat, D. Thomam quae illa 109. supra citata, cujus omnes sunt articulos percurrit, nullam aliam gratiam agnovisse, praeter sanctificantem, quam vocat habituale donum, & efficacem, sive predestinantem, quam auxilium Dei movens appellat. Ergo quando idem Sanctus Doctor ibidem artic. a. in respon. ad 1. asserit quod mens hominis etiam facti indiget moveri a Deo: intendit decere hominem sanum, seu in statu innocentie & integritatis constitutum, indigere auxilio efficaci, & physice predestinante: & sic corruit precipuum hujus Doctores fundamentum, quod movetur cum Janfenio, ad negandum dari in statu nature lapsae auxilium sufficiens ab efficaci distinctum.

146 Confirmatur & urgetur amplius. Quando D. Thomas dicit quod in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur, vel per auxilium illud movens, intelligit auxilium sufficiens, vel auxilium efficacius, vel utrumque sub nomine auxilii movens comprehendit? Quidquid responderetur, habeo intentum. Si enim primum dicatur, habetur D. Thomam non solum in statu innocentie, sed etiam in statu nature lapsae, agnoscere auxilium sufficiens ab efficaci distinctum. Si secundum: Ergo D. Thomas in utroque statu admittit necessitatem auxilii efficaci ad operandum, & ita corruit precipuum Adversarii fundamentum. Si tertium: Ergo non recte inest Doctor ille Sorbonicus, in toto illo opusculo, quod inscripsit, Vera Thomae de gratia sufficienti & efficaci doctrina, D. Thomam nullum in statu nature lapsae admisisse auxilium sufficiens, ex eo quod non nisi duplex auxilium gratie agnovisset: unum quod vocat habituale donum, & aliud auxilium Dei movens appellat: siquidem, juxta hanc responsum, sub nomine auxilii movens, utrumque auxilium, tam sufficiens, quam efficacius, S. Doctor comprehendit. Unde Ad primum argumentum respondeo, concessa Majori, negando Minorem: nam sub nomine auxilii Dei movens, utrumque auxilium, tam sufficiens, quam efficacius continentur: quia utrumque consistit in quadam motione supernaturali, applicante potentias anime ad actus supernaturales: cum hoc tamen discrimine, quod auxilium sufficiens movet tantum, & applicat ad actus imperfectos, qui animam disponunt & preparant ad perfectiores: auxilium vero efficacius movet & applicat ad actus perfectos contritionis & caritatis, qui animam ultimo preparant & disponunt ad gratiam sanctificantem, quae est ultima & per-

fectissima forma ordinis supernaturalis. Unde communitur docent Thomista cum Alvarez libro 3. de auxiliis disp. 80. auxilium omne quod respectu unius actus est sufficiens, esse simul etiam efficacius in ordine ad alium, ad quem efficiendum, per absolutum divinae providentiae decretum ordinatur: ita ut simpliciter sit sufficiens, efficacius autem secundum quid.

Ad secundum respondeo, non solum recentiores Thomista, sed etiam antiquiores, agnovisse in statu nature lapsae auxilium sufficiens ab efficaci distinctum, & ab eo separabile. Cajetanus enim super Epistolam Pauli exponens haec verba Apostoli 1. ad Corinth. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet eam tentationem proventum, ut possitis sustinere, subiungit: Dicit Apostolus, ut possitis sustinere, & non dixit, ut sustineretis: sed enim est fidelitatis divinis, ut arbitrii posse sustinere. Velle autem sustinere, & ipsum sustinere, aliteris gratia est, quae sic dicitur conferri, & non est omnibus communis. Quibus verbis utrumque auxilium sufficiens & efficacius ita clare exprimit distinctissimam illam casualitatem, ut solis actus videtur non possit. Ibi enim distinguit duplicem gratiam: unam specialem, aliam communem, quam quae datur omnibus, aliam quae datur praecipue electis: unam quae dat posse sustinere tentationes, alteram quae datur ut actu illas sustineamus.

Idem auxilium sufficiens ab efficaci distinctum docet Ferrarientis Cajetano contemporaneus p. contra Gentes cap. 159. ubi haec scribit: Cum duplex sit auxilium Dei quod ad beatitudinis consecutionem indiget, scilicet habituale gratia, & divina motio, non intrinsece quae exprimitur facta, quae ad bonum dirigitur, & ad gratia preparationem excitatur: primum auxilium Deum non omnibus dat absolute loquendo postquam peccaverint: sed bene omnibus sed ad ipsum preparantibus ex divinae motione concedit. Secundum autem auxilium omnibus impenitentibus, & nulli quantum ad hoc est factum: Deum, cum nullus sit qui non hoc moveatur ad bonum, & ad gratia preparationem, iuxta illud Apocalyp. 3. Ego sto ad ostium, & pulso.

Item Dominicus Soto, qui Concilio Tridenti interfuit, 150 & multis annis ante Alvarez scriptis, in 4. dist. 14. q. 1. art. 10. dicit: Nunquam per Deum fiat, quominus quicumque peccator reconciliari: cum ipso volente: nemini enim auxilium speciale denegat, quoad reconciliandum sufficiens. Idem auxilium sufficiens ab efficaci distinctum clare docet Medina 1. 2. q. 109. art. 10. ubi sic habet: Scio quod Deus geminum donum sui gratie conferre solet peccatoribus: Alterum quae possit resistere, & salvari, & hoc datur non omnibus hominibus conferri, de quo dicitur, Ecce ego ad ostium, & pulso. Alterum est auxilium efficacius, quae homo efficitur convertitur, & salvatur: & hoc universis hominibus qui penitent non conferri: non enim recte sic conferri auxilium efficacius, convertentibus, efficiat enim Dei motione, nemo resistere potest. Idem sentiant Navarrete 1. p. q. 19. art. 8. Banez ibidem q. 23. art. 3. Ledesma de auxiliis q. un. art. 16. & alii communitur.

Ad tertium nego Majorem ad cujus probationem dicendum est, quod licet apud Grammaticos, nomina auxilii sufficiens, intelligatur illud quod omnibus modis sufficit, & praeter quod ad operandum nihil ultra requiritur, apud Theologos tamen & viros doctos, nomina auxilii sufficiens, intelligitur id quod dat potentiam totum complementam, & totam virtutem, seu facultatem ad partem actus primi, & principii habitualis ad operandum requiritur: quamvis non det actualitatem seu complementum se tenens ex parte actus secundi, & constituit voluntatem in ratione principii actualis suarum operationum. Unde licet datur, auxilium quod admittit Thomista in statu nature lapsae, & quod sufficiens appellatur, non esse sufficiens Grammaticaliter, erit tamen sufficiens Theologicis. Et hoc duplici titulo: primo quia sufficiens excitat voluntatem ad volendum & operandum bonum supernaturalis. Secundo, quia dat illi totam sufficientiam, & totum complementum se tenens ex parte actus primi, & potentiae antecedentis (ut suppono ex tractatu de auxiliis) quamvis non tribuat illi actualitatem, motionem, & applicationem, per quam constituitur in ratione principii actualis suarum operationum, & fit potens ad operandum, non solum potentia antecedenti, ab actu secundo separabili, sed etiam potentia consequenti, cum operatione indissolubili conjuncta, & copulata. Sed de hoc sufficit D. Augustinus Thomistarum tractatu de gratia, c. 10. ubi ex hoc complet in actu primo potentiam ad agendum, est non det applicationem ad actum, sufficiens appellari potest: & Ludovicum Monsalium, in famosis illis ad Provinciales Epistolis, Thomista deridemem, quod auxilium illud sufficiens appellatur, praeter quod aliud ad operandum requiritur: ab ipsis quoque merito irridendum esse ostendemus.

Ad quartum respondeo, quod quodam Scripturae, Concilia, & Sancti Patres docent hominem sine gratia non posse venire ad Christum, non posse credere, non posse converti, &c.

ti, &c. Si in eis locis fit fermo de gratia efficaci, haec intelligenda sunt de potentia consequente & infallibilitatis, non autem de potentia antecedente & pure possibilitatis. Et ita satis clare fit explicat August. de natura & gratia, c. 42. ubi dicit: Satis & adjuva hominis voluntate, possibilitas ipsa simul cum effectu in Sanctis provenit: quibus verbis docet, possibilitatem cum effectu conjunctam, quae est potentia consequens & infallibilitatis, esse a gratia efficaci: non tamen negat, possibilitatem antecedentem, & ab actu separabilem, esse a gratia sufficiente.

Eadem explicatio aperte colligitur ex D. Thom. locis ab Adversario citatis, ubi dicit quod nulla res creata potest in actum prodire, nisi virtute divinae motione: haec enim propositio sumpta in hac universalitate, & intellecta de omnibus causis secundis, etiam naturalibus non potest esse vera, nisi explicetur & intelligatur de potentia consequente; nam certum est causas naturales, independentes a divina motione, habere potentiam antecedentem ad operandum ratione virtutis naturalis quam a Deo in prima productione receperunt, & indigere solum ejus motione & applicatione, ut talis virtus de actu primo ad secundum educatur.

Ad quintum quod sumitur ex definitione necessarii a D. Thoma adducta, dicendum est, illam esse legitimam, sed cum grano salis intelligendam. Quando enim dicitur, quod necessarium est illud sine quo nihil haberi non potest, hoc debet intelligi, abstrahendo a potentia antecedenti & consequenti: ita ut si aliquid sit necessarium ex parte potentiae & actus primi, finis sine illo haberi non potest, intus potentia antecedente. Si vero illud sit tantum necessarium ex parte secundi, vel ut reductivum de actu primo ad secundum, finis sine illo haberi non potest, potentia consequente & infallibiliter cum actu conjuncta. Et ita cum gratia sufficiens se tenet ex parte actus primi, tamquam ejus complementum, & ut virtus elevativa potentiae, sine illa homo non potest converti, nec observare praecepta supernaturalia, potentia antecedenti. Contra vero cum gratia efficaci se tenet solum ex parte actus secundi, vel potius sit aliquis nexus intermedius, conjungens indissolubiliter actum primum cum secundo, ut docent Thomista in Tractatu de auxiliis, ille qui caret auxilio efficaci, non potest converti, nec observare praecepta supernaturalia, potentia consequenti, & indissolubiliter conjuncta cum actu. Unde patet disparitas ad exempla de navi, de penicillo, de alimentis, quae profert ille Recensor, & sepe repetit & inculcat: haec enim sunt necessaria ad navigandum, ad pingendum, ad conservandum vitam, ex parte ipsius potentiae, & actus primi; & ideo absolute & simpliciter verum est dicere, quod homo non potest navigare sine navi, pingere sine penicillo, & coloribus, nec conservare vitam sine alimentis. Gratia autem efficacius non est necessaria ad operandum; ex parte actus primi, tamquam complementam potentiae, sed tantum ex parte actus secundi, & tamquam ejus applicatio. Unde qui ea caret non potest dici simpliciter impotens ad operandum (sicut qui caret navi & penicillo, censetur simpliciter impotens ad navigandum & pingendum) sed solum secundum quid, & cum addito: potentia scilicet consequente, & applicata ad actum, sive cum actu dissolubiliter conjuncta.

Ad sextum respondeo quod licet auxilium sufficiens possit simul complere potentiam ad actus perfectos, & eam applicare ad imperfectos, ut Thomista docent in Tractatu de Auxiliis, auxilium tamen efficax non potest utrumque praestare, & duo illa munia simul obire. Ratio discriminis est, quia cum auxilium sufficiens sit prima forma ordinis supernaturalis (prima inquam ordine generationis, non perfectionis) ea proinde nullam in tali ordine praesupponat, debet primo elevare potentias anime, easque complere in actu primo ad actus supernaturales eligendos: & cum aliunde fit quadam motio & praedeterminatio, debet illas applicare ad aliquos actus, saltem imperfectos. Auxilium vero efficacius est secunda forma ordinis supernaturalis, & quidam nexus indissolubiliter conjungens potentiam cum actu: unde praesupponere debet potentiam jam elevatam & completam in actu primo per auxilium sufficiens, eamque solum applicare ad agendum, sive reducere de actu primo ad secundum.

Ex quo patet responso ad ultimum, concessa enim Majori negando et Minor. Ad cujus probationem dicendum est, quod licet auxilium sufficiens sit quadam modo & praedeterminatio ad imperfecte volendum, & eligendos actus imperfectos, qui preparant & disponunt ad perfectiores, nihilominus quia est prima forma ordinis supernaturalis, non debet praesupponere potentiam prius completam & elevatam ad ordinem supernaturalem, sed debet eam primo complere & elevare. Sicut videmus in naturalibus, quod prima diffusio illius non praesupponit in materia, sed eam primo preparat ac disponit, alias daretur processus in infinitum. Auxilium vero efficacius est secunda forma ordinis supernaturalis, ac proinde non debet primo complere potentiam, & elevare ad illum ordinem; sed potius debet eam

praesupponere completam & elevatam per aliam formam priorem, scilicet per auxilium sufficiens, eamque solum ad actus perfectos movere, & applicare.

DISPUTATIO V.

De efficacia voluntatis Dei.

Celebris est haec disputatio, ex illa enim pendet resolutio plurimum difficultatum & controversiarum, quae inter Thomistas & Recentiores his temporibus agitantur. Unde haec materia accurate pertractanda est, & veluti ad pondus Sanctuarum ponderanda: id est ad normam Scripturae, doctrinae SS. Patrum, rationum Theologicarum, diligenter examinanda.

ARTICULUS I.

An circa nostros actus liberos, Deus habeat decretum de se efficacius, vel pure indifferentem, ac expectans determinationem a libero arbitrio?

S. I.

Quibusdam praemissis, referuntur sententiae, & vera eliguntur.

Notandum primo: Effectus qui a Deo procedunt, & triplicis esse generis. Quidam enim a solo Deo procedunt, sine ullo consortio & cooperatione causae creatae, ut creare Angelum, glorificare animam, dare primam vocationem &c. Alii causantur a Deo cum consortio causae creatae, sed naturalis & necessariae, ut illuminatio, calefactio, &c. Alii denique ab illo producuntur cum cooperatione causae creatae liberae: ut actus caritatis & contritionis, justitiae vel temperantiae. De actibus primi & secundi generis, nulla est difficultas vel controversia inter Theologos: evidens enim est dari in Deo decretum quae sit efficacius antecedentem influens, & natura sua causans tales effectus. Unde tota difficultas & disputatio devolvitur ad actus tertii generis, quos Deus efficit cum consortio, & cooperatione causae liberae, cujus libertati & indifferentiae officere ac repugnare videtur efficacia antecedens decreti absoluti & determinati.

Notandum secundo, Duobus modis decretum divinum posse dici indifferentem. Primo quia nullum actum determinat respiciendo, nullamque decremit actionem in specie, sed indifferentem se habet ad quamcumque operationem, & expectat determinationem a voluntate creatae, quantum ad speciem actus. Secundo decretum potest vocari indifferentem, quia licet determinet & applicet voluntatem ad aliquem actum in specie & in individuo determinatum, eam tamen determinat per modum liberi, & relinquendo in ea indifferentiam positivam & actualem, seu potentiam ad actum oppositum. Et in hoc secundo sensu, non negant Thomista, Deum circa nostros actus liberos habere decreta indifferentia, sed tantum in primo, de quo solum procedit praesens difficultas & controversia.

Notandum tertio: Aliud esse voluntatem Dei esse efficientem, & aliud illam esse efficacem. Nam efficiens proprie dicitur ab effectu qui de facto sequitur; & ita sufficit ad hoc quod sit efficiens, quod concomitantur concurrenti, vel etiam ex associatione alterius causae, ipsa voluntate concomitante concurrente, effectus sequatur: ut autem sit de se efficacius, requiritur quod ex directione & sine praconcepto, ita movet ad efficiendum, quod determinate movet ad talem effectum in specie, & in individuo, non vero ita indeterminate & indifferentem se habeat, quod ex illa aequae bene possit sequi, vel non sequi effectus. Et in hoc magna contingit equivocatio, & hallucinatio apud aliquos Recentiores, qui confundunt efficaciam divinae voluntatis & gratiae, cum ejus efficientia, & ex hoc quod gratia non influat in actus liberos nostrae voluntatis, nisi cooperante libero arbitrio, inferunt illam non esse efficacem ex se, sed solum ex consensu, & cooperatione liberi arbitrii. His praemissis

Circa propositum difficultatem duae sunt celebres sententiae, quarum prima negat in Deo decreta ex se efficacius circa nostros actus liberos, & asserit pure indifferentem. Ita Molina in pluribus suis concordiae locis, praesertim q. 14. art. 13. disp. 26. §. Nover, Suarez prolog. 2. de gratia c. 8. Lessius lib. de gratia efficaci c. 4. & alii Recentiores communitur, allimantes Deum offerre voluntati creatae concurrentem indifferentem generalem, ad unum actum, & ad oppositum, quatenus est de se ad utrumque paratus; & a voluntate creatae determinari speciem actus ad quem Deus concurrat.

Addit quod, ratione hujus decreti generalis & indifferentis, divina omnipotentia ita remanet conjuncta & connexa voluntati creatae, ut hac operante, illa necessario co-

faciat, ergo iam voluntas; ad eandem quippe misericordiam...

Denique, Idem Augustinus in infinitis propemodum locis...

Dices, Augustinus his locis velle, operari Deum motum hunc...

Sed contra primo: Augustinus dicit Deum in se corde homini operari...

Secundo, Idem S. Doctor de gratia & libero arbitrio, cap. 16...

Confirmatur: Idem S. Doctor loco supra relato de concept. & gratia...

Confirmatur amplius: Idem August. lib. 2. contra duas Epist. Pelag. cap. 20...

Adde etiam quod Pelagius hanc moralem media illustratione & propositione...

Adde etiam quod Pelagius hanc moralem media illustratione & propositione...

S. IV.

Mens Divi Thomae aperitur.

At in Deo circa nostros actus liberos, decreta esse, & ex natura sua efficacia...

In primis enim S. Doctor hic q. 19. art. 5. docet quod voluntas fieri volentis divina nulla est assignabilis aliqua...

Secundo, D. Thomas pluribus in locis, contingentiam & libertatem in operando voluntatis creatae, non reducit in ipsam causam proximam tantum...

Adde quod, si ex divino decreto, ut primo principio & prima radice, ordo contingentiae & necessitatis in rebus creatis oritur...

Confirmatur, S. Thomas 1. ad Annibal. dist. 47. q. unica art. 4. dicit quod voluntas Dei non solum res in esse producantur...

Secundum principium doctrinae D. Thomae, ex quo etiam sequitur manifesta destructio decretorum indifferenciam...

Adde etiam quod Pelagius hanc moralem media illustratione & propositione...

cunde, quast. 10. art. 4. ad l. tertio contra Gentes, c. 94. de virt. quast. 23. art. 3. ad 3. & 1. ad Annibal. dist. 47. quast. 1. art. 4. ad 4.

Respondent Adversarii: D. Thomam locis citatis, libertatem & contingentiam rerum in efficaciam divinae voluntatis reducere...

Sed contra primo: S. Doctor clare seipsum explicat locis citatis, praesertim in 1. ad Annibal. dist. 47. dicens: Voluntas Dei non solum res in esse producantur...

Secundo: Ex hac solutione sequitur, quod Deus non attingat, nec causet immediate libertatem & contingentiam in nostris actibus liberis...

Denique, Verbum aperire & preparare causas contingentes, in sensu Divi Thomae, non significat solum eas creare aut producere, ut dicunt Adversarii...

do clare explicat ea omnia quae possunt pertinere ad efficaciam divinorum decretorum, & auxiliorum; & docet quod Deus operatur bonam voluntatem in nobis...

Praeter haec Sancti Doctoris testimonia, plura sunt alia, ex quibus aperte deducitur efficacia intrinseca divinorum decretorum. Nam quast. 6. de malo, art. unico ad 3. haec scribit: Deus movet voluntatem immutabiliter...

ARTICULUS II.

Rationibus Theologicis, efficacia divinorum decretorum demonstratur.

Variis rationibus demonstrant nostri Thomistae, tum hic, tum in Tractatu de auxiliis divinorum decretorum efficaciam & causalitatem circa actus liberos...

S. I.

Efficacia divinorum decretorum ex orationibus Ecclesiae, & promissionibus Dei, demonstratur.

Hec duo argumenta magni sunt ponderis & momenti, & ab Augustino ac Prospero contra Pelagianos & Semipelagianos saepe proposita.

Primum quod sumitur ex orationibus Ecclesiae, & quod semper apud Augustinum invidium fuit, potest brevis breviter proponi. Id quod postulamus a Deo, ex eius gratia, beneficioque procedit, non vero ab homine expectatur...

Minor autem constat ex variis orationibus Ecclesie, quibus orat Deum, ut nos convertat, cor nostrum immutat, rebelles ad se compellit voluntates, & faciat nos ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus consentientes, ut loquitur S. Augustinus lib. 4. ad Bonifacium c. 9. Penamque in Litanis de venerabili Sacramento Eucharistie, prænium Deum ut ad frequentem, dignamque eorum mysteriorum participationem nos commovere dignetur. Quas orationes, non ad hoc fundit Ecclesia, ut solum Deus nos excitet propositio objecti & doctrina, offeraturque ex parte sua concussim indifferenter, quam nos consensu nostro determinemus. Nam Deus offert nobis suum concursum, & excitationem sufficientem, & sepe valde vivacem; & tamen adhuc oramus, ut rebelles nostras voluntates ad se compellat, & faciat nos ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus consentientes. Ergo sententia Ecclesie, quod post eblatum concursum indifferenter, in quo nondum reducto determinatio ad consensum, post excitationem externam, & internam, etiam vivacem & vehementem, aliquid restat exhibendum a Deo & donandum, quo fiat consensus iste, & mutatio voluntatis nostre, quod non potest esse aliud, quam ipsa gratia efficax, interius tangens & immutans ipsum cor & voluntatem hominis, eamque applicans & determinans ad consensum.

31 Hanc rationem elevat & profertur D. August. contra Pelagianos, variis in locis, præsertim lib. 4. ad Bonifacium cap. 9. ubi sic ait: *Oramus pro repugnantibus & oppugnantibus, & petimus ut fiat ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus consentientes; a quo, nisi ab illo de quo scriptum est, preparatur voluntas a Domino? Et cap. 18. Inaniter & perfectorie, potius quam veraciter Deo fundimus preces, si ad eum, non petimus gratiam, convertere ad fidem suam ipsi fidel contrarias hominum voluntates. Propterea, inquit, non oramus, sed orare nos fingimus, si nos ipsi, non illum credimus facere quod oramus, si petimus quod credimus esse in vestra potestate. Et de dono persever. cap. 2. Nonne & ista irritoria petito est, cum id ab eo petitur, quod scitur ipsam non dare, sed ipse non donante esse in hominis potestate: sicut irritoria esse etiam illa adlo gratiarum, si ab hoc gratia agitur Deo, quod non donante ipse, nec facit? Et cap. 20. dicitur in libris Confessionum quos ediderat antequam Pelagiana heresis extingueret, sepe dixisse Deo: Da quod jubes, & iube quod vis. Et subdit: *Quid vero nobis primitus & maxime Deus jubet, nisi ut credamus in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dicimus esse, da quod jubes. Demum libro de corrupt. & gratia, cap. 3. in fine hoc scribit: O homo in precepto capite quid dicitur habere, in correptione expresse tuo te videri non habere, in oratione cognoscere unde accipias quod vis habere.**

32 Confirmatur, & magis illustratur hæc ratio ex ipsemet Augustino de natura & gratia, cap. 18. ubi ait: *Quid scilicet quomodo orare ut fiat, quod habes in tua potestate? Sed in sententia Molina & aliorum Recentiorum; efficacia divini decreti, & gratie ex illo pronantis, est in nostra potestate, cum illa pendet a libero arbitrio determinante ad speciem actus: Ergo juxta illorum Auctorum principia, stultum est petere a Deo talem efficaciam, cum potius Deus debeat illam expectare a libero arbitrio. Quare merito possent Deus Adversariis respondere: cur a me petitis quod est in vestra potestate, & quod ego a vobis expecto? Unde Augustinus Epist. 107. ad Vitalem ait: *Nostri orationibus contradicere eos qui dicunt vocationi Dei consentire, ita nostrum esse, ut si velimus fiat; si autem volumus, nihil in nobis operariem Dei valere faciamus. Et libro de gratia Christi, cap. 25. & de prædestin. SS. c. 20. & multis aliis in locis, ex oratione qua rogamus Deum, ut nos convertat, probat ab ipso donari & præveniri nostre voluntatis determinationem.**

Idem ostendit Epistola citata ad Vitalem, ex gratiarum actione qua Deo gratias exhibemus pro consensu, determinatione, conversione, imitatione nostre voluntatis, & ait: *Propterea non gratias Deo agimus, sed nos agere fingimus, si unde illi gratias agimus, eum facere non putamus. Unde cum in sententia Molina Deus non efficiat per suam decretum, & gratiam ab illo procedentem, consensum & determinationem liberi arbitrii, sed illum ab humana voluntate expectat, non debemus pro consensu, determinatione, & conversione nostre voluntatis, Deo gratias agere; sed potius ipsemet Deus debet nobis gratias referre ex eo quod ejus concursum, & moralem excitationem, ex nostra libertate, ad consensum, & speciem actus boni determinamus.*

33 Secundum argumentum quo divinorum decretorum efficacia suadet, petitur ex promissionibus Dei, & insinuat etiam ab Augustino de Prædestin. SS. cap. 10. ubi ait: *Quando promissus Deo Abraham fidem gentium, dicens Patrem multorum gentium posui te, non de nostra voluntatis potestate, sed de sua predestinatione promissus: promissus enim quod facturus ipse fuerat, non quod homines. Quia etsi faciunt homines bona que pertinent ad colendum Deum; ipse facit ut illi faciant que precepti, non ipse faciunt ut ille faciat quod promissus; alioquin ut promissus Dei compleretur, non in Dei, sed*

in hominum esse potestate. Ex quibus verbis hoc potest erui argumentum: Deus promissus Abraham fidem gentium, quando illi dixit, Patrem multorum gentium constituisti te. Unde cum in fide includatur consensus, determinatio, & pia motus voluntatis; quia, ut Augustinus ait, Credere non potest homo, nisi volens; si hunc consensum & determinationem voluntatis, Deus non efficiat per gratiam, sed illum expectat a libero arbitrio determinante indifferenter sui concursus & gratie moraliter excitantis, Deus promittit aliquid quod non facit, sed ab humana voluntate expectat; hoc autem absurdum est, & divinæ omnipotentia injuriosum: Alioquin (ut inquit Augustinus jam relatam) ut promissus Dei compleretur, non in Dei, sed in hominum esse potestate. Et Epist. 105. Quod promissus Deus, non facit nisi Deus. Habet namque aliquid rationis & veritatis, ut homo promittat; & Deus faciat: ut autem homo se facere dicat, quod promissus Deus; superbia impietatis est reprobus sensus.

§. II.

Divinorum decretorum efficacia ostenditur ex infructuositatis hujus questionis, cur vocatio & gratia Dei in uno se efficiat, non vero in altero?

34 Hoc etiam argumentum valde urget Adversarii, futurique ex SS. Patribus, qui sepe docent hanc questionem esse omnino infructuabilem & impenetrabilem, nec posse solvi per humani arbitrii vellem vel nolle. Ita inter alios docet S. Prosper de vocat. Gentium libro 1. cap. ultimo, cui titulus est: *Quæstionem cur hinc potius quam illo accipiat gratiam, esse impenetrabilem, nec posse ex libero arbitrio solvi. Unde ibidem sic loquitur: Igitur profanditas illius quæstionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrii vellem vel nolle non solvitur: quia licet ipse malum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum vellem. Illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam. Et in respons. ad objectionem 14. Vincentii: *Cur Deus illud retineat, illum non retineat, nec possibile est comprehendere, nec licet in vestigare, cum scire sufficiat, & ab illo esse quod statum, & ab illo non esse quod vitium.**

Hanc doctrinam accepit Divus Prosper a sanctissimo Præceptore Augustino, qui etiam variis in locis hujus questionis profunditatem non aliter solvit, quam recurrendo ad infructuabilia judicia Dei. Nam Tractatu 26. in Joannem: *Quare, inquit, unum trahat, & alium non trahat, nolle vellem judicare, si non vis errare. Et de spiritu & littera cap. 34. Si quis me interroget, cur illi trahatur, ut persuaderetur, illi autem non (id est) quare unum deuter vocatio efficax, non vero alteri? duo solum occurrunt que respondere nihil placeat: O altitudo divitiarum! Et nunquid iniquitas apud Deum? Cui hæc responsio non placeat, quærat Augustinus doctrinæ, sed cavet ne invidiam præsumat. Et illi ait: *Cur illum adjuvat, illum non adjuvat; illum tantum, illum autem non tantum; illum ipse, ipsum illo modo, pene ipsum est, & æquitas tam secreta ratio, & excellentia potestatis.**

Idem docet D. Thomas 3. contra Gentes cap. 161. dicens: *Quare Deus hominum qui in peccatis delinuntur, hos quidem præcipientes convertat, illi autem sufficienter, suo permittat secundum ordinem rerum procedere, non est ratio inquirenda; hoc enim ex simpliciter naturæ dependet. Et exemplum offert de rebus naturalibus, que diverse procedunt a Deo, juxta ordinem fidei sapientia, recte omnia disponentis.*

35 Ex hac ergo doctrina, & testimoniis Sanctorum Patrum, efficax & evidens sumitur argumentum, ad divinorum decretorum efficaciam demonstrandam, & ad rejicienda decreta indifferencia & Molinistica. Si enim Deus circa nostros actus liberos haberet decretum pure indifferens, & moraliter tantum excitans, ac expectans determinationem & consensum liberi arbitrii, illud determinans ad speciem actus, facilis esset solutio illius quæstionis, quam Sancti Patres dicunt esse omnino indissolubilem, & humano intellectui impenetrabilem, immo nulla fere esse quæstio, vel difficultas solvenda. Inquirent enim cur Deus unum trahat, & alium non trahat? Cur unum deuter vocatio efficax, non vero alteri? Facile responderi possent (sicut & ipsi Adversarii respondent) quia unus vellet consentire divinæ vocationi, non vero alius. Quia unus per liberum arbitrium, divini decreti, & gratie ex illo pronantis indifferenteriam, ad actum talis speciei determinat, non vero alter. Sicut inquirent, cur Sol cum fœnicula protrahat fœcus, & cum olea olivas? facile responderit, quia concursus Solis ex se indifferens & indeterminatus, modificatur in calvis interioribus in quibus recipitur; & ad hos potius quam illos effectus producendos determinat.

36 Porro hanc responsonem & doctrinam variis in locis rejicit Augustinus, & illam in Pelagianis deridet, ac fugillat. Nam Epist. 105. *Quis, inquit, ipsum nostrum sensum desuisse Apostolo non mireretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut adversariis objecta quæstio, non id potuit*

*potuit tam brevis, tam apertum, tam sicut isti (scilicet Pelagiani) putant, verum absoluteque respondit. Hic erat locus dicendi quod ipsi sentiant, non autem hoc dicit Apostolus. Et libro 2. operis imperiecti, ponderans hæc verba Apostoli: *Deus cupit quia miseretur. Et ista, homo in quis est qui respondens Deo? alioquens Pelagianus sic ait: Non ita certe deservit Apostolus loqui, si hoc vellet dicere quod ver dicitur. Et in Enchirid. cap. 99. eadem verba Apolloti expendens, sic habet: Hoc loco quidem sicuti putant Apostolus in responsione deservit; sed magnum habet pondus quod dictum est: Homo est qui est? Et in talibus quæstionibus, ad sua capacitatis considerationem revocat hominem, verbo quidem brevi, sed reipia magna est redditio rationis. Deum ferm. 7. de verbis Apolloti cap. 4. Multi (inquit) de ipso profecto querentes reddere rationem, in sabulas vanitatis abierunt.**

37 Cum igitur in doctrina Sancti Augustini & Properi, profunditas hujus quæstionis, Cur Deus unum trahat, & alium non trahat? Cur vocatio Dei in uno se efficiat, non vero in alio: non solvatur per humani arbitrii vellem vel nolle; in sententia Molina, & aliorum qui decreta indifferencia, & determinationem humani arbitrii expectantia in Deo fingunt, per humani arbitrii vellem vel nolle facile solvitur. Unde merito ad Molinam verba illa Bernardi Epist. 100. dirigere possimus: *Quid ergo tu? Quid molinæ asserta? Quid subtilitatis invenisti? Quid secretis tibi requebatum jactas, quod præceteris sapientior, & fugerit sapienter?*

§. III.

Divina decreta esse ex se & ab intrinseco efficacia, probatur ex verbis Apolloti 1. ad Corinth. 4. Quid enim se aliorum?

38 Hoc etiam argumentum sepe utuntur SS. Patres Augustinus & Prosper contra Pelagianos & Semipelagianos, potestque sub hac forma breviter proponi. Divinum decretum debet esse ratio discernendi consentientem a non consentiente: At si illud non sit ab intrinseco efficax, & prædeterminans voluntatem, sed pure indifferens, & avolutum humanam, ad speciem actus determinabile, non potest hoc præstare, sed ad voluntatem creatam reducatur discrimen; ac proinde ad eum non poterit inflari & gloriari adversus alterum: contra illud Apolloti 1. ad Corinth. 4. *Ne supra quod scriptum est, unus contra alterum infletur præ alio: qui enim se discernit? quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? Ergo decreta Dei sint de se & ab intrinseco efficacia. Sequela Majoris probatur. Discrimen effectus, non ad id in quo causæ conveniunt, sed ad id in quo discriminantur, debet reduci. Sane quia duo individua ejusdem speciei conveniunt in ratione specificâ, & due species in gradu generico; non possunt inter se distingui, vel discerni, per rationem illam communem specificam vel genericam. At qui consentiens & non consentiens conveniunt in decreto, si illud prout est a Deo sit pure indifferens; & differant solum penes consensum & dissentium liberi arbitrii, indifferenteriam & potentialitatem talis decreti, ad actus diverse speciei determinantis: Ergo non in divinum decretum, sed in liberum arbitrium reducatur discrimen, seu discrimen consentientis a non consentiente.*

39 Confirmatur primo: Ab eo oritur discrimen, a quo oritur determinatio actus quantum ad speciem: Atqui determinatio actus quantum ad speciem, non erit a decreto, si illud sit indifferens, sed a libero arbitrio illud determinante: Ergo non in decretum divinum, sed in liberum arbitrium reducatur discrimen consentientis a non consentiente.

40 Confirmatur secundo: Ut divinum decretum sit ab eterno ratio discernendi consentientem a non consentiente, debet esse illo in tempore pronante, seu ab illo preparari aliqua gratia, que sit causilla & principium talis discrimen, sui discriminis: Sed ex decreto pure indifferenti, nulla derivatur vel preparatur gratia, que sit causilla talis discrimen: Ergo illud non potest esse ratio discernendi consentientem a non consentiente, sed tale discrimen ad voluntatem creatam reduci debet. Major patet, Minor autem, in qua est difficultas, probatur. Decretum illud indifferens præparat solum gratiam coefficientiam, & gratiam moraliter excitantem: Sed neque gratia moraliter excitans, neque gratia coefficientiam possunt esse ratio discernendi consentientem a non consentiente: Ergo ex decreto pure indifferenti nulla derivatur vel preparatur gratia, que sit ratio discernendi consentientem a non consentiente. Major patet ex principis Adversariorum, Minor vero, quantum ad utramque partem, probatur. Et in primis quod talis discrimen non possit peti a gratia moraliter excitante, videtur manifestum; nam juxta principia Molina, Lessii, & aliorum Recentiorum, gratia moraliter excitans, interdum est æqualis, immo & major, & vivacior, ac vehementior in eo qui non consentit, & non

convertitur, quam in eo qui consentit & convertitur: unde cum discrimen effectus non possit peti ab eo in quo causilla conveniunt, ut supra dicebamus, evidens est, juxta illorum principia, quod discrimen seu discrimen consentientis a non consentiente, non potest reduci in ipsam gratiam moraliter excitantem.

41 Quod etiam non possit peti a gratia coefficientiam, seu a concursu simultaneo ordinis supernaturalis, videtur adhuc manifestius: Tunc quia concursus ille indifferens est, ac indifferens modo oblatu voluntati, & ab illa quantum ad speciem actus determinabilis: a principio autem indifferenti, ut indifferens est, non potest oriri discrimen. Sicut a ratione generica, quia indifferens est, & potentialis, non potest sumi distinctio specierum, ut supra arguebamus; Tum etiam quia discretio que fit in actu secundo, supponit discretionem in actu primo; nam quidquid est in actu secundo, derivatur a primo: Sed concursus simultaneus pertinet ad actum secundum, & non ad primum: est enim ipsa actio causilla secunda, prout est a Deo simul operante: Ergo præsupponit & non facit discretionem consentientis a non consentiente.

42 Hoc argumentum non parum torquentur Adversarii: unde ut ab illo se expediant, in omne larus se vertunt. In primis aliqui respondent, discretionem consentientis a non consentiente, procedere a libero arbitrio, non nuda & solitaria sumpto, ut dicebant Pelagiani & Semipelagiani, sed ab illo ut divina gratia informato, & prout illi subest, ac subijctur, eque associatur. Secundo alii dicunt, talem discretionem esse partim a gratia, & partim a libero arbitrio: ut eadem ratione vel equo, & partim ab alio. Alii tandem reducant talem discrimen & discretionem ad gratiam congruam, que licet in esse physico, & in ratione entis, sit æqualis in consentiente & non consentiente, est tamen major in esse moris & in ratione beneficii in eo qui convertitur & consentit, quatenus ei datur in illis occasioibus & circumstantiis in quibus Deus per scientiam mediam præfavit illum consensum, non vero alteri.

43 Verum hæc omnia frivola sunt, & facile confutari possunt ex dictis. In primis enim liberum arbitrium solitaria sumptum, erit causilla discrimen consentientis a non consentiente, si illa nullo modo procedat a gratia: Sed, ut jam ostendimus, talis discretio, juxta principia Adversariorum, nullo modo potest procedere a gratia: quare enim a qua? Non a gratia moraliter excitante, cum illa interdum sit eadem vel æqualis in utroque, ut latenter Adversarii. Nec a gratia coefficientiam, seu concursu simultaneo ordinis supernaturalis, cum ille sit indifferens, & a voluntate humana quantum ad speciem actus determinabilis, ut illi docent: Ergo juxta illorum principia, talis discretio nullo modo potest esse a gratia, sed a solo libero arbitrio.

44 Confirmatur, & magis urgetur vi hujus rationis hoc exemplo. Quia albedo in manu non est causilla ad principium caloris vel frigoris, æstem omnino absurdum & impertinens asserere, calorem vel frigus non procedere quidem a manu nude & solitaria sumpta, sed a manu ut affecta albedine, & illa informatam: Ergo similiter cum in sententia Adversariorum, nulla possit assignari gratia, que sit causilla & principium discrimen consentientis a non consentiente, ut jam ostendimus, perinde omnino est, juxta illorum principia, dicere quod talis discretio fit a solo libero arbitrio, ac asserere eam esse a libero arbitrio, ut gratia informatam, & prout illi subest.

45 Adde quod Semipelagiani (ut alibi ostendimus) non negabant talem discretionem esse a libero arbitrio sub ipso gratie auxilio: dicebant enim (referente D. Prosperi in fine Epistolæ ad Augustinum) *Quod hoc Deus alius vasa honoris, alios vasa contumelie fecerit, quia finem vultus ejusque prævidit, & sub ipso gratie auxilio, in qua futurus voluntate & actione præfieri.*

46 Secunda etiam responsio, que reducit discretionem consentientis a non consentiente, partim in gratiam, & partim in liberum arbitrium, multipliciter impugnatur a nostris Thomistis.

47 Primo, quia idem dicebat Faustus Semipelagianorum Corypheus, ut constat ex libris quos scripsit de gratia & libero arbitrio, qui ab Hormida Papa, tanquam heretici, & Pelagianam doctrinam continentes, proscripti sunt, ut refert Baronius Tomo 6. pag. 343. Nam lib. c. 17. Faustus sic loquitur: *Cum inter hæc unum totum labori, alter totum gratia judicet deprepassum, impletur in utroque Græca sententia; iniquitates & iniquitates sunt simili improbitas, & par esse probatur impietas, si eorum solum gratia, vel si eorum solum adhibetur labori, &c.*

48 Secundo, hæc responsio aperte contradicit Augustino. Nam ille de dono persever. cap. 12. docet in opere nostre salutis totum esse tribuendum Deo: quia licet nos velimus & operemur; Deus ipsam vellem & operari operatur in nobis: Nos, inquit, volumus, sed Deus in nobis operatur & velle. Nos operamur, sed Deus in nobis operatur

atur operari pro bona voluntate. Hoc vobis oportet & credere, & dicere: hoc est verum, hoc est verum, ut sit humilis & submissa confessio, ET DETUR TOTUM DEO. Et cap. 6. Faciatis votum, si totum denuo DEO: non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus.

45 Tertio, Hac responsio supponit actus supernaturales procedere partim a gratia, & partim a libero arbitrio: eo scilicet modo quo eadem tractio navis, partim est ab uno homine, & partim ab alio, hoc enim exemplo utitur Molina: Sed hoc expressit rejicitur a Divo Thoma 3. contra Gentes, cap. 70. ubi ait: Non sic idem effectus causa naturalis & divina virtuti attribuitur: quasi partim a Deo, & partim a naturali agente fiat, sed totus attribuitur instrumenti, & principali agenti etiam tunc. Et Opusculo 2. c. 23. expressit negat Deum concurrere cum creatura ad operandum, eo modo quo duo homines vel equi concurrunt ad tractionem ejusdem navis vel currus. Idem docet D. Bonaventura in 2. dist. 34. quaest. 1. ad 5. his verbis: Non est sic intelligendum quod Deus cooperatur libero arbitrio, sicut cum duo foras lapidum, unus cooperatur alteri, sed quia Deus est intime agens in omni actione; & intimus est ipsi potentia operanti, ita quod potentia ipsa in nihil exit quod non sit ab ipso.

47 Quarto, Hac responsio impugnat potest argumentum desumptum ex verbis Apostoli: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Si enim discretio consentientis a non consentiente, sit partim a Deo, & partim ab homine: ita ut sicut liberum arbitrium non potest operari nisi Deo cooperante: sic nec Deus possit aliquid velle operari circa nos actus liberos, nisi supponat vel expectet consentium & determinationem liberi arbitrii. Sicut Apostolus dicit, quod non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: ita ex adverso dici poterit, quod non est miserentis Dei, sed volentis & currentis hominis, ut egregie dicitur Augustinus in Enchirid. cap. 32. Si propterea, inquit, dicitur est non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia ex utroque sit: id est, ex voluntate hominis & misericordia Dei: ut sic dicitur acceptimus, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei: non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis. Ac per hoc si recte dicitur est, non volentis hominis, sed miserentis est Dei, quia id voluntas hominis sola non implet; cur non & contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? Porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis, ut Apostolo asseritur contradicere, refutat ut propterea recte dicitur intelligatur, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei ut totum DEO DETUR, qui hominis voluntatem bonam, & preparat adjuvanda, & adjuvat preparatam. Similia habet libro 1. ad Simplicianum, quaest. 2.

48 Quinto, Si liberum arbitrium ex propriis partialiter se discernat, habebit aliquid ex se, saltem partialiter, de quo poterit gloriari, & infari adversus alium: quod reprehendit D. Paulus supra relatus, & S. Augustinus de praedestinatione SS. cap. 2. ubi deplorans superbum humanam voluntatis in Pelagianis & Sempelagianis, qui se cum Deo comparantes, in opere salutis priores se faciebant, sic ait: Velus a seipso sibi esse quod credit, quasi componit cum Deo, ut partem sibi sibi vendicat, atque illi partem relinquat; & quod est clarior, primam tollit ipse, sequentem dat illi, & in eo quod dicit esse amorem, priorem se facit, posteriorum Deum. Et cap. sequenti subdit: Non sic pius atque humilis dicitur ille seipsum, Cyprianum Beatiſſimum laudat, qui dixit in nullo gloriamur, quando nostrum nihil sit. Quod ut ostendat, adhibuit Apostolum ostentem dicens: Quis habet quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriaris quasi non accepit?

49 Denique demonstrari potest argumentum desumptum ex principiis Adversariorum, discretionem consentientis a non consentiente, non posse oriri, etiam partialiter, a gratia consentientis: quia ut talis gratia determinate influat in nostros actus, & supponit determinationem liberi arbitrii, purificat, & determinat ad speciem actus, decretum illud indifferens & conditionatum, quod in Deo fingunt Adversarii: Ergo gratia consentientis non facit, sed supponit discretionem consentientis a non consentiente. Antecedens constat ex principiis Adversariorum: Consequentia vero probatur. Consentientis discernitur a non consentiente, per determinationem liberi arbitrii: Ergo si gratia consentientis talem determinationem nullo modo faciat, sed illam supponit: evidens est discretionem consentientis a non consentiente, non posse, etiam partialiter, in gratiam consentientis referri, nec ab illa oriri, sed solum a libero arbitrio.

50 Dices cum Recentioribus: Si liberum arbitrium ex propriis non se discerneret, saltem partialiter, sequeretur quod nihil omnino ageret, & divina gratia non coope-

retur, sed se haberet mere passive, & ut inanime quoddam, effectusque potius vehiculum gratiae in ipso agentis, sicut aqua est vehiculum caloris, quam ejus concussa & concipitur: Consequens est erroneum & contra definitionem Tridentinam sess. 6. cap. 5. Ergo, &c.

Sed negatur sequela: Nam licet liberum arbitrium nullo modo, vel sola gratia moraliter excitante preventum, non se moveat, nec se determinet, nec Deo moventi cooperetur: illud tamen ut motum & applicatum a gratia efficiat, se movet, & se determinat tanquam secundum liberum, & secundum determinans. Deoque moventi activo cooperatur: ut egregie explicat D. Augustinus Epist. 107. ubi ait: Ut in Deum credamus & pia vivamus, non voluntis, neque currentis, sed miserentis est Dei: non quia velle non detemur & currentes, sed quia ipse in nobis, & velle operatur, & currentes. Unde ut omnis tollatur advocatio, & Adversariorum hallucinatio detegatur,

Diligenter observandum est, determinationem & consensum voluntatis humanae, posse simul & semel procedere a Deo & a voluntate hominis, tanquam a duabus causis totalibus diversis ordinis, essentialiter inter se subordinatis. A Deo quidem, ut a primo libero, primoque movente, & determinante, & a voluntate humana, ut a secundo libero, & secundo determinante, eodem sermone quo eadem generatio plantae procedit a Sole, ut a causa universalis, & primo alterante & generante; & a terra, ut a secundo generante, & causa inferiori, et subordinata. Unde sicut si quis inferret, quod terra nullo modo active inest in generationem plantarum, vel productionem fructuum, sed mere passive se habet, eo quod non generat plantas, nec producat fructus, nisi ut mota & excitata a virtute Solis, inepte omnino argueret. Ita similiter ineptissima & absurdissima est cogitatio, & argumentatio illorum Recentiorum, qui ex eo quod voluntas nostra non se determinat, nec libere consentiat divinae vocationi, nisi ut mota & applicata a Deo per gratiam efficacem, inferunt illam mere passive se habere, & a Deo active non cooperari ad actus supernaturales elicendos: quod ut magis declaratur, & radix deceptionis detegatur.

Rursum observandum est, duplicem a Thomistis in voluntate creatae distingui determinationem: unam causalem, & alteram formalem. Prima est ipsa Dei motio, applicans voluntatem ad se libere determinandum. Secunda est ipsa voluntas, seu actus liber, quo voluntas a Deo mota & applicata, se formaliter determinat. Prima est solum libera ut quo voluntas creatae, quia datur a Deo ad libere agendum, & ad solventiam nostrae libertatis suspensionem & indeterminatam. Secunda vero est libera ut quod, quia libera, vitaliter, & active procedit a voluntate creatae, tanquam a secundo libero se determinante sub indifferenti judicio rationis, & sub motione, ac determinatione primi liberi, primoque determinantis, quo participat totam suam libertatem & contingentiam, ut supra ostendimus. Prima determinatio a solo Deo active procedit, & in voluntate creatae recipitur. Secunda vero causatur a Deo, & a voluntate creatae, tanquam a duabus causis totalibus diversis ordinis, eoque sermone quo eadem plantae generatio a Sole & a terra procedit. Unde quamvis voluntas creatae in ordine ad primam determinationem se habeat mere passive, non tamen in ordine ad secundam.

Denique ultima responsio, quae discretionem consentientis a non consentiente, ad gratiam congruam refert, fuisse impugnat a nostris Thomistis in Tractatu de Auxiliis, & potest hic breviter confutari. Primo quia cum discretio illa sit supernaturalis, & praedestinationis effectus: debet reduci in aliquid naturale, non vero in aliquid pure naturale. Unde cum circumstantia temporis & loci, & complexio, genium, vel temperamentum hominis, ex quibus in sententia Suarez & Vasquez desinitur congruitas gratiae, sint ordinis naturalis, ad illas non potest referri discretio consentientis a non consentiente.

Secundo: Ille qui consentit interne vocationi, & justificatur, est inaequalis in actu secundo alteri qui non consentit, nec justificatur: etque superior, non solum moraliter, sed etiam physice; ergo sit ornatus gratia sanctificante, quae caret alteri: Ergo tamen debet illi esse superior in gratia preveniente, non solum moraliter, & in ratione beneficii, sed etiam physice & in esse entis considerata. Antecedens patet. Consequentia vero probatur. Cum enim omnis actus sanctus supponat primum, & ab illo procedat, omnis inaequalitas & discretio quoque reperitur in actu secundo, debet supponere inaequalitatem & discretionem ex parte actus primi, & ab illa derivari, ut supra arguebamus: Ergo si ille qui consentit interne vocationi, sit inaequalis alteri qui non consentit, non solum moraliter, sed etiam physice, debet etiam illi esse superior in gratia actuali, non solum moraliter, sed etiam physice considerata.

Tertio, ab eodem principio sumitur discretio consentientis a non consentiente, a quo oritur efficacia divinae gratiae: Sed efficacia divinae gratiae non oritur ex eo quod datur

detur tempore congruo, & in illis occasionibus & circumstantiis in quibus Deus per scientiam mediam praevideat hominem operaturum: Ergo nec discretio consentientis a non consentiente. Major patet, Minor probatur argumentum quo utitur Cardinalis Toletus annot. 54. in Lucae c. 5. desumpto ex illo Apostoli ad Galat. 1. Cum placuit ei quod me segregaret ex universo mundo, & vocaret me gratiam suam, &c. Quo loco Toletus dicit gratiam efficacem ad conversionem fuisse ipsi concessam, non ex eo quod datus fuisset congruo tempore, sed ex eo quod Deus eam dedisset, cum placuit ipse. Unde D. Augustinus libro de praedestinatione Sanctorum, cap. 2. ponderat Paulum fuisse conversum tunc quando Hieranus minatur & cadis in discipulo Christi, intendebat visitare Ecclesiam. Aversus quippe a fide quibus vultibus, inquit, etque voluntate ad hoc, respondit ad illum quidam presbiteri corruerunt. Idem quoque ponderat Toletus loco citato de illis Apostolis, presertim de Petro & Andrea, quos Christus convertit, non utique mitteret retia in mare, nec postquam illa extraxerunt, sed dum mitterent. Sic etiam Mathaeus conversus est, dum foderet ad telonium. Denique in libro de gratia & libero arbitrio cap. 21. observat Augustinus, Deum conversisse per Regis Aethiopi, & eum transfuisse ad indignationem ad lenitatem, quando magis indispotum videbatur, & antequam mulieris potentis sermone audiret. Unde in Enchir. cap. 98. sic concludit: Quis parva iam imple desipiat, ut dicit: Deum vultat hominum voluntates, quae volunt, quando vultur, ubi volunt, in bonum non posse convertere. Et homil. 23. inter quinquaginta: Aversus, inquit, non fuit in illa vita tua praevia, plena ignorantia, nonnullam illuminationem, nondum hominum malumque diversitas, nondum credens in illum qui te nescientes recebat. Deo tibi dicit Deus tuus: rogabo te mihi, servam te mihi. Ut adulterium committeres, suscipi videris: ut suscipi desisses, ego feci. Tunc & tempus desisti: ut hoc desisses, ego feci. Aversus suscipi, non desisti lenis, non desisti tempus: ut non converteres, ego feci. Agnosce ergo gratiam ejus cui debes, & quod non admittisti. Mihi debes ipse quod factum est, & dimissum vidisti: mihi debes & tu quod non admittisti: Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod non possit facere alter homo, si desit rector u quo factus est homo. Quibus verbis S. Doctor aperte docet gratiam, temporum & locorum circumstantiis minime esse addictam, sed ei locum & tempus agendi semper adesse, illamque nullis causis naturalibus suspendi aut retardari: Quod etiam discrete declarat Prosper in carmine de Ingratis, his versibus, quos Tractatu praecedenti retulimus.

At vero omnipotens hominem cum gratia salvavit: Ipse suum casum in eis, cui tempus agendi non desit: Semper adesse quo gesta vult, nec moribus illi: Et tunc, nec causis accepti suspensorem ullis.

56 Addo, Ex gratia congrua sequi duo illa inconvenientia quae Recentiores ex gratia per se efficaci & physice praedeterminante, sequi contendunt, nempe exclusionem gratiae sufficientis, & libertatis excidium, ut offendit P. Martini in Anti-Jansenio disput. 27. sect. 2. num. 27. ubi gratiam congruam impugnat ex eo quod videtur repugnare exercitio libertatis, quae necessitas ad consentium, nisi enim necessitates, incredibile est fore ut semper & infallibiliter voluntas consentiat, ita ut plane in nullo caso dissentiat in tanto numero vocationum & operationum. Maxime vero, cum juxta Auctores hujus sententiae, certitudo divina praedestinationis facta antecedat, & omnium praedestinationum fundetur in hujusmodi infallibilitate. Ex quo fit, ut quomodo est impossibile Deum non falli in suis decretis absolutis, tam est infallibiliter sequi consentium ex tali auxilio antecedente se habente ad illum. Atqui est impossibile non moraliter tantum, sed etiam metaphysice & simpliciter impossibile, non sequi consentium ex tali auxilio. Ergo illud auxilium induci necessitatem antecedentem, non moralem tantum, sed metaphysicam & absolutam, adeoque repugnat libertati, quia tollit indifferenciam voluntatis, & potentiam ad oppositum.

Gratiam quoque sufficientem de medio tollit, assignat pro gratia vere sufficiente, gratiam plane insufficientem. Quod de moralis insufficientia manifestissimum est, & amplius confirmatur: quia cum tali gratia sola, est moraliter impossibile bene operari. Dicitur enim esse moraliter impossibile id quod adeo difficile est, ut nemo illud faciat. Quare si prius sententia negat dari auxilium physice sufficientem: ita haec negat evidentem dari sufficientem moraliter. Quorum utrumque alienum esse mihi videtur a sententia Dei voluntate salvandi omnes homines, & eos praesepit quos per gratiam sanctificantem jam in filios & regni sui heredes adaptavit, minimeque consentire cum supradictis scripturae protestationibus. Quia ultra debent facere vinea mea & non feci? An quia expectavi ut faceret vinea, & fecit laboriosa? Illud 5. Quare volui congregare filios suos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & non volui? Matth. 23. Numquid enim responderi jure possit agricola, vel domino vinea qui sic loqueretur? Frustra

expulsi ut faceret vinea, adhibita tantum ea cultura, cum qua neque unquam ultra vinea ab arbo candido fructum tulit, neque physice aut moraliter possibile erat ut ferret: & debitas aliquas adhibere culturae, ut praevidetur & rationaliter praesertim ab illa speraret? An non etiam convenit tanto desiderio congregandi filios Jerusalem, & affectum tam salubrem, qualis est affectus gallinae erga pullos suos, vocare tantum, & facere illi auxiliis, quibus physice & moraliter impossibile erat eos congregari: nec quisquam hominum ita praesentem & vocatus congregare volenti se adjuveret?

Ex quo Patris Martini discursu liquet, vel duo illa argumenta ex libertatis laesione, & gratiae sufficientis exclusionem, desumpta, quibus Adversarii deest efficacia & praedeterminantia impugnant, & quae apud ipsos palmaria sunt, nihil profus valere: vel si concludant, nisi pariter convelli gratiam congruam, quam Suarez, Valquez, aliique Recentiores adnuntiant.

ARTICULUS III.

Abardis & inconvenientibus, decreta indifferenciam expolentur.

Innumera fere sunt absurda & inconvenientia, quae sequuntur ex decretis illis indifferencibus, & conditionatis, quae Molina, Suarez, Lessius, & alii recentiores fingunt in Deo, quae imaginationi quidem speciosa sunt, sed rationi profus invida: unde sicut Lessius decreta praedeterminantia Thomistarum serena vocat, ita a quo jure decreta indifferencia illorum Recentiorum, vitrea polle appellat, ut enim verbis Augustini serm. 11. de verbis Apostoli utar: quasi lucens vitreae, sed fragrantem veritate, ut patebit ex dicendis paragraphis sequentibus, ubi graviora quae ex illis sequuntur absurda & inconvenientia colligemus.

§. I.

Decretum indifferens subtrahit a Deo rationem causae primae, respectu determinationis liberae nostrae voluntatis.

Probatur multipliciter. In primis enim, cum determinatum & indifferens inter se opponatur, frigidum & calidum, album & nigrum: quemadmodum frigidum calidum producit a frigido, album a nigro, & unum contrarium ab alio, ita & determinatum ab indifferenti. Unde dicit Commentator 2. physic. textu 48. a principio indifferenti, ut indifferens est, non exit actus determinatus, nisi ab aliquo determinetur ad unum. Idem docet S. Thomas 3. contra Gentes cap. 2.

Secundo, Nulla causa supponit vel expectat suum effectum, sed potius illum causat & prevenit, prioritate saltem causalitatis & naturae: Atqui decreta indifferens supponit vel expectat determinationem liberi arbitrii creati, ut determinate in actus nostros influat, sicut docet Adversarii: Ergo illam non causat.

Tertio, Si decretum illud talem determinationem causaret, non esset amplius indifferens, sed determinans, immo & praedeterminans; quia illam prioritate naturae antecederet, cum omnis causa sit prior saltem naturae suo effectui: Sed hoc repugnat. Ergo implicat contradictionem, liberi arbitrii determinationem a decreto indifferenti causari.

Quarto, Nulla causa a suo effectu tanquam a conditione dependet: Sed decretum illud indifferens quod in Deo fingunt Adversarii, & quod plures ex illis vult esse conditionatum, dependet a determinatione liberi arbitrii, tanquam a conditione quam expectat, & per quam proficitur, & resultat in absolutum, ut illi docent: Ergo illam non causat.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Voluntas conditionata nihil causat, nisi purificata conditione: Sed haec voluntas, volo concurrere ad hunc actum, si voluntas Petri consentierit, vel se determinaverit, est conditionata & dependens a consensu & determinatione Petri, ut a conditione: Ergo nihil potest causare, nisi purificata tali conditione: hoc est supposito consensu, & determinatione voluntatis Petri: Ergo divina voluntas istum consensum & determinationem non causat, sed supponit causatam a voluntate Petri.

Confirmatur amplius: Si determinatio libera nostra voluntatis possit intelligi cum fundamento in re, antecedens aequaliter concursum prime causae, non dependet ab illo: Sed juxta principia Adversariorum, intelligi potest cum fundamento in re, in aliquo signo rationis, aliqua antecedente determinatione nostrae libertatis ad actualem Dei concursum: Ergo in sententia Adversariorum, libera nostra determinatio, ex proprio conceptu, non habet essentialiter dependentiam a concursu & cooperatione causae primae. Major constat: dependens enim ut tale nequit intelligi antecedenter ad id a quo dependit. Minor autem probatur.